[…]ne uiuentes ex lege. Quid est ergo L[…]
[…] mouet. gratia predicante quidquid i[…]
[…] magna clamauit. Lazare ueni foras.
quam difficile surgit, quem moles male con
suetudinis premit. Sed tamen surgit.
occulta gratia intus uiuificatur. Sur
git post uocem magnam. Sed licet huc ligatus
manibus et pedibus, et facies illius suda
rio erat ligata tamen foras processit. Quid
significat. quando con[…]tus mortu
us iacet. et in tanta con[…] prostratus quan
ta dixi sepultus iacet. quando confi
tetur procedit. Sed ut confiteatur deus facit
humana uoce clamando id est magna
gratia uocando. Sed ut soluatur pecca
tis eius ministris hoc dixit dominus. Solu
ite illum et sinite abire. hoc est quaecumque solu
eritis in terra soluta erunt et in caelo.
PL 102, 165

DOM(INICA) V IN XL. LEC(TIO) EP(ISTO)L(AE) BEATI PAULI APOSTOLI AD HEBREOS

FRS. XPS ADSISTENS PONTIFEX.
Est quidem unus pontifex magnus dominus
[nos]ter ihesus christus qui non solum [sa]cerdotum est
pontifex. sed et pontificum pontifex.
Nec sacerdotum princeps ta[ntum] modo sed
et princeps principum sacerdotum. sicut
et rex regum et dominus dominorum. qui uidelicet
quia proprium per uit caelum penetrauit. ad
sistit nunc uultui dei pro nobis [po]ntifex uer
[us] […] appellandus futurorum
bonorum. Siue eorum diuersarum gratiarum
[qu]ae in primo aduentu concedentibus

per spiritum sanctum data sunt ho[…] siue
omnium futurorum bonorum de quibus pro
missa confidens agebat. Credo uidere
bona domini in terra uiuentium.
Per amplius et perfectius tabernac[ulum]
hic carnem christi appellat apostolus tabernaculum
Tabernac[ulum en]im caro dicitur christi habitat
in se diu[initat]e. In illo enim ait apostolus habi
tat omnis plenitudo diui[ni]tatis corpo
raliter. et bene amplius et perfectius taber
naculum christi carnem dixit. siquidem et di
uerbum et cuncta sancta properatio habitat in ea
Non manu factum. Id est non uirili semin[e]
conceptum. sed de spiritu sancto et m[a]ria uirgine
natum. ipsum enim lapidem id est christum dani
hel de monte id est de regno iudeorum […]
sine manibus uidit precisum. quia sine con
nubiali qui gratia sua uniuersum mun
dum impleuit. Non huius creationis
id est non sine spiritu eo construxit neque et
hac creatura est hoc est non est ex huius crea
turis sed spiritualis ex spiritu sancto. Neque per
sanguinem hyrcorum uitulorum sed pro
prio sanguine introiuit semel in sancta
aeterna redemptione inuenta. Omnia
permutauit christus qui non alieno sed pro
prio sanguine semel int[roiuit in] sancta
id est in caelum et propitium in q[…] [aete]rnam
redemptionem inuenit. Si enim sanguis
hyrcorum aut uitulorum et ci[ni]s uitulae
aspersus inquinatos sanctificat ad emun
dationem carnis quanto magis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm22215_etc/0007